

CONCILII TRIDENTINI

sum, et generalem eorum Episcoporum aliorum-
 que Patrum, ad quos pertineret, Conventum in Ci-
 uitate Mantuæ indiximus, anno Incarnationis Do-
 mini, sicut litteris, et monumentis nostris testatur
 est, millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Pon-
 tificatus nostri tertio, ad x. Kalend. Iun. inchoadum;
 spem prope certam habentes fore, ut, cum illic in
 nomine Domini essemus congregati, ipse, sicut pro-
 misit, Dominus in medio nostrum affuturus, et bo-
 nitate, ac misericordia sua omnes temporum pro-
 cellas, omniaque pericula Spiritu oris sui facile de-
 pulsurus esset. Sed, ut semper insidiatur pijs actio-
 nibus humani generis hostis, primum contra omnem
 spem, et expectationem nostram denegata fuit no-
 bis Mantuana Civitas, nisi aliquas conditiones subi-
 remus ab institutis maiorum nostrorum, et condi-
 tione temporum, nostraque, ac huius sanctæ Sedis,
 ac nominis Ecclesiastici dignitate libertateq; pro-
 fus alienas; quas in alijs nostris litteris expressimus.
 Quapropter aliam inuenire locum, aliamque deli-
 gere Civitatem necesse habuimus: quæ cum non sta-
 tim nobis occurreret idonea, et apta; ad sequentes
 Kalend. Nouemb. prorogare Concilij celebrationem
 fuimus coacti. Interim sævus, et perpetuus hostis
 noster Turca, ingenti classe Italiam adortus, ali-
 quot Oppida in litoribus Apulie cœpit, vastavit,
 diripuit, prædas hominum abegit: nos in maximo
 timore, et periculo omnium, muniendis litoribus
 nostris finitimisque auxilio iuvandis tuimus occu-
 patæ nec tamen inter ea destitimus consulere, et hor-
 rari Christianos Principes, ut de idoneo ad habenda-
 dum Concilium loco quid sentirent, nobis exponer-
 rent: quorum cum essent incertæ variæque senten-
 tiæ, tempusque diutius, quam erat opus, videretur

46148841-9

SESSIO

PRIMA SACROSANCTI
OECUMENICI, ET
Generalis Concilij Tri-
dentini.

SVB PAVLO III. PONTIF.
Max. Celebrata die xiiij. mensis
Decembr. anno Domini
M.D.XLV.

Decretum de incohando Concilio.

PLACET ne vobis, ad laudem, & gloriam
Sanctę, & individue Trinitatis Patris, &
Filij, & Spiritus Sancti, ad incrementum,
& exaltationem Fidei, & Religionis Chri-
stianę, ad extirpationem hæresum, ad pacē, & unio-
nem Ecclesię, ad reformationem Cleri, & populi
Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostiũ
Christiani nominis, decernere, & declarare, sacrum
Tridentinum, & generale Concilium incipere, &
inceptum esse? Responderunt: Placet.

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ QVARTI.

SVPER CONFIRMATIONE, OECVMENICI,
generalis Concilij Tridentini.

*Pius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam
re[m]emoriam.*

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri
Iesu Christi, Pater misericordiarum, &
Deus totius consolationis: qui respicere
dignatus Ecclesiam suam sanctam, tot pro-
celis, & tempestatibus agitatum, atque vexatam, &
gravius in dies laborantem, apto tandem ei subuenit
optatoque remedio. Ad plurimas & perniciosissimas
hereses extirpandas, ad corrigendos mores, & re-
stituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem, &
concordiam Christiani populi procurandam, indictam
iam pridem in ciuitate Tridentina œcumenicum, &
generale Concilium à piæ memoriæ Paulo III. præ-
decessore nostro, & Sessionibus aliquot habitis
cœptum fuerat: ab eius autem successore Iulio in eã-
dem urbem reuocatum, post alias Sessiones celebra-
tas, varijs impedimentis, & difficultatibus obiectis,
ne tunc quidem peragi potuerat: itaque diutius in-
termissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum
omnium, cum quotidie magis Ecclesia eiusmodi re-
medium imploraret. Nos autem post susceptum Se-
dis Apostolicæ regimen, tam necessarium, ac saluta-

CANTORES SACRI CONCILII,

Simon Bartolinus, Perusinus,
 Ioannes Aloysius de Episcopis, Neapolitanus,
 Bartholomeus Conte Gallus,
 Matthias Albo, de Fulgineo.
 Franciscus Bustamante, Hispanus.
 Ioannes Antonius Latinus, Beneventan,
 Franciscus Druda, Caliensis,
 Lucas Longinquus, Gisonen.
 Petrus Scottetius, Aretinus,

Notarij

Marcus Antonius Peregrinus, Comensis, & Cyrt-
 thius, Pamphilus, de Sancto Seuerino.
 Hieronymus Gambarus, Brixienfis Forensis.

Cursores Sanctis. D. N. & Sacri Concilij.

Nicolaus de Matthæis, & Iacobus Catra. Allobre-
 gos.

*Numerus Prelatorum Culuscumque nationis, fuis a
 œcumenicam Tridentinam Syno-
 dum conuenere.*

Itali.	187.	Per Procuratores.	2.	Angeli.	1.
Galli.	217	Per Procuratotes.	1.	Hiberni.	3.
Germani.	2.	Per Procuratores.	4.	Flandri.	1.
Hispani.	31.	Per Procuratores	4.	Croati.	1.
Lusitani.	3.			Moravi.	1.
Oræci.	6.			Illyrici.	3.
Poloni.	2.				
Vngari.	2.				